



Em 432

161

124

V I R O  
PERILLVSTRI ATQVE GENEROSISSIMO  
**CHRISTOPHORO IOACHIMO  
HALLERO**

AB HALLERSTEIN REL.

SERENISSIMI QVONDAM DVCIS BAVARIAE  
A CONSILIIS SANCTIORIBVS

S. R. I. LIBERAE REIPVBLICAE NORIMBERGENSIS  
SENATORE CONSVLARI

VNIVERSITATIS ALTORFINAE  
CVRATORE REL.

PRAESIDE SVO INDVLGENTISSIMO

ORBATA MAERET

SOCIETAS LATINA ALTORFINA.

---

ALTORFII

A. D. IV. IANVARIII MDCCCLXXXIII.

AK





quem fas dolori ponere sit modum?  
**HALLERVS** cheu! uiuere desit,  
Fatoque cessit patriarum

Grande decus, columenque rerum.

Quis, digna tanto carmina, fundere  
Heroë possit? quem super aethera  
Euexit altae mentis ardor  
Laudibus et meritis nitentem.

Nostri **ILLE** saeculi iure uocabitur  
**PEIRESCIVS**, qui celsa scientiae  
Fastigia ascendit, per omne  
Artibus et studiis seueris.

Claratus aëium; cui mitidi ingenti  
Altrix paratis undique copiis,  
Tantaque fortunæ decoris  
Bibliotheca opibus superbit.

ILLE et probatus Principibus Viris  
Et Norico prælustre Senatus  
Lumen uigebat; nunc ademptus  
Liquit humum fugiente uita.

Ergone fati dura necessitas  
Phœbi fuit docta arte potentior?  
Nullique concessum morari  
Indomitæ fera iussa Parcae?

Ergo frequens cui Nestoream prece  
Vitam expetiuit supplice ciuitas  
Nunc ferreo urgetur sopore,  
Voceque nec reuocatur ulla?

Cunctis bonis heu! flebilis occidit:  
Cunctos sed inter maxime flebilis  
Nobis, tueri quos paratus  
Præsidio usque suo fouebat.

TE, laude summa Musa uetat mori,  
HALLERE, dignum; Tu memorabilis,  
Nec dente liuoris premendus,  
Nec stygia rapiendus unda,

Splendebis inter nomina saeculi  
Praeclara; nunquam pectoribus potest  
Nostris, tui plenis, abire supernis  
Interitus, volucrisque sati.

Vis celsa mentis nescia: nobilis  
Virtus, recludens promeritis vias  
Caeli; supra vulgi reponit  
Agmina TE, properante penna.

Sed, Musa, quo procedere sustines  
Audax? VIRI nunc desine lucidas  
Laudes et ornamenta tanti  
Magna modis tenuare parvis.



78M 378

ULB Halle

003 076 938

3







161

124

V I R O

ATQVE GENEROSISSIMO

HORO IOACHIMO  
L L E R O

HALLERSTEIN REL.

VONDAM DVCIS BAVARIAE

ILIIIS SANCTIORIBVS

REIPVBLICAE NORIMBERGENSIS

ORE CONSVLARI

TATIS ALTORFINAE

RATORE REL.

SVO INDVLGENTISSIMO

BATA MAERET

LATINA ALTORFINA.

ALTORFII

IANVARIII MDCCCLXXXIII.

AK

